



**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1682**

22. Dies Novemb. Quid prodest, quia hymnum cantat tua lingua, si  
sacrilegium exhalat tua vita? S. Augustinus in ps. 102.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-55659)

932 Christiani Militis Novem  
pedis tollebat, toties gradum viri uti attollebat. An  
Divinæ gratiæ charismata, virtutes gratiæ comi-  
dona istis superaddita? At nemo illis locuples  
Mariâ. (a) Quantæ enim in una Virgine specievo-  
rum emicant, secretum vere curdie, vexillum fidei, de-  
votionis obsequium. Ama Mariam mihi anime, tua  
te meritam, ut uni illi post Deum debeas, quidque  
boni es meritus; atque adeò nisi amorem reperias,  
nihil tuâ dignam obligatione rependas. Quodlè-  
nim amas & jure amas illos, quite in vitam hanc  
mortalem, morti prius, quam vitæ genuerunt; dic  
age, Maria tibi amorem, & te amoti, ac vite gone-  
ravit. Quid si amas, & merito suo amas, qui in te  
merent tuum beneficiis suis obligarunt; dic agen-  
tibus, ac præstantioribus te, totumque sibi mun-  
dum obligavit Maria. Quod si amas quite honesta  
fortunarum, vitæ periculis, qui te hostium infidiis  
obtrectatorum injuriis vendicarunt; dic age, diabolis  
infidiis, mundi illecebris, carnis stimulis te liberant  
Maria. Ita amami amice, non errabis, amando, ne  
peribis errando; ut amare possis, dic o Mater am-  
mabilis, patere te amari. O Mater amoris, generum  
me amorem.

*Vis mentem esse piam? cole totâ mente Mariam.*

## 22. DIES NOVEMB.

Quid prodest, quia hymnum cantat tua lingua, tri-  
crilegium exhalat tua vita? S. Augustinus in psal.

Musica non I.  
tantum est  
vocum sed  
motum.

**S**ubsequitur licet non pallipes  
æquis, Dominam ancilla, heram  
pedissequa, Reginam virginum  
cultam.

(a) *Idem.*

Novemb.

Tessera.

933

cultrix virginitatis, Mariam, Cæcilia, quā tantum  
gloriatur Italia, quantum Agathâ Sicilia. Hæc quia  
gnara musicæ, præses est musicorum. Sed nullus est  
peritus amandi, qui est imperitus cantandi. Amare e-  
nīm est cantare; quid enim est amor, nisi harmoni-  
cus quidam concentus, sive consensus inter homi-  
nem superiorem, & inferiorem, dum corpus subest  
animæ, & illa præest? Canat ergo Ratio superiorem,  
pars illa ignobilior, sive sensualis, bassum. Deinde ipsa  
ratio debet sustinere partem superioris, magnâ in  
Deum fiduciâ, & simul bassi sui dissidentiâ. Jam mit-  
tete deorsum & dic cum Abraham: (a) *Loquar Do-*  
*mino, cùm sim pulvis & cinis.* Ecce bassum. Jam as-  
cende superius, & dic cum Paulò: (b) *Nostra con-*  
*versatio in cœlis est.* Ecce superiorem. Iterūm crede il-  
lud ut veritatis affatum, quia Christi pronuntia-  
tum, (c) *sine me nihil potestis facere;* sed iterum at-  
tolle animos, & dic cum Paulo: (d) *omnia possum per*  
*te, qui me confortat.* Hic habes duo extrema, Nihil  
& Omnia; nihil est bassus, omnia, superior: quid  
minus quam nihil, quid plus quam omnia? itaque ex  
discordantibus hominis superioris, & inferioris mo-  
ribus, quasi fidibus, concordia, est jucundissima cœ-  
litibus Musica; sic cantare, est piè amare.

II. Cavendum est in hoc concentu, ne discordet  
lingua à vita, ut concordet dicta, & acta; ne dum spi-  
ritus Deo modulatur, caro sibi blandiatur; ne illo  
canente hymnum, hæc exhalet sacrilegium. Musica  
nos monet, ut sicuti è varietate vocum ac fidium  
grata & eonsentiens oritur symphonia, ita om-  
nes animi motus, & actiones in dulcem harmoniam

Nnn 3

Divi-

(a) *Gen. 18.27.* (b) *Phil. 3.20.* (c) *Joan. 15.* (d) *Phil. 4.13.*

Divinæ legis, eo convenienter. Est enim illa vis can-  
Religiosi, ut per aures se te placidè in animum in-  
nuans, turbulentos, si qui sint, motus, summâ aqua-  
bilitate componat, & instar Poëtici Neptuni, cum  
da æquora placet. Cùm ventus ambitionis, ac  
rentis iracundiæ, sævos attollit fluctus; cùm mare  
subsedit, & furit æstus arenis; cùm libido inquiet-  
cùm aliae perturbationes violentius incitantur, &  
dulcem chori sonitum venti ponunt, neque in-  
quædam malacia, sed pulcherrima placidi man-  
figies consequitur, coeretur libido exultans, angu-  
ruens in animi perniciem, gloriae ardor continuo  
stringitur, implacabilis iræ vis, & cupidus ulcus  
tranquillatur: sed longè acceptior est illa musica que  
resonat potius moribus, quam vocibus. Audi his  
Ambrosum id ipsum insinuantem (a) Psalterium  
homo consummatus in Christo, in quo sicut armo-  
numentum resonant opera canora virtutum. Hisce allo-  
nat D. Chrysostomus: b) Hic non est opus cabiri,  
neque nervis extensis, neque pleistro, nec arte, nec aliis  
instrumentis: sed si velis, te ipsum efficies citaram, in  
carnis membra morte afficeris, & anima cum corpore  
pulchrum concentum efficeris. Dumenim non con-  
pierit caro adversus spiritum, sed illius iussis cetera  
modiam efficies spiritualem.

III. Denique nos posse non modò lingua, sed lan-  
gulis totius corporis membris concinere & piem-  
dulari, idem D. Chrysostomus alibi probat. (c) Per  
sumus per oculos canere, non tantum per linguam, &  
in annis, & per pedes, & per aures; quando enim unum  
quodq; eorum facit ea, quæ Deo honorē, & gloria adfer-  
nitur.

(a) In Psal. 30. (b) in Ps. 41. (c) in Ps. 143.

ovemb.  
vis canis  
mumini  
om à aqua  
uni, tun-  
is, ac te-  
am mem-  
inquietu-  
antur, et  
eqpe mes-  
di mans-  
is, que-  
ntum re-  
do uicio-  
usifiqua-  
Audib  
Hilce alio-  
us calori-  
nec illa-  
am, iam  
sem capre  
non conc-  
efferu-  
i, sed fin-  
(i) p-  
am, & p-  
ins unum-  
a adfer-  
utpus

Novemb.      *Tessera.*      935

upotè dum oculus non impudicè aspicerit, dum manus non ad rapinam, sed eleemosynam se extenderint; dum ad psalmos, & auditiones spirituales suscipiendas, aures parate fuerint: dum pedes ad Ecclesiam concurrerint: dum cor non dolos struit, sed charitate scatet, fiant psalterium, membra corporis, & canunt canticum novum, non verbis solis, sed rebus ipsis. Ecce quomodo possimus canere non tantum fidibus, sed pedibus; non tantum chordis, sed corde. Sicuti sanguis innocentis, noxiè effusus, habet vocem, quæ ad cœlum clamat; sic & modestia, & pudicitia, & temperantia, habet vocem, quam modulatissimè cantat: sic tota vita Cæciliæ, fuit suavissima harmonia Musicae. Virtus quævis est similis Musicae, in primis justo placet, & deinde etiam virtuosis, qui quod in se non servant, in aliis observant. Musica & musicum delectat, & musicæ ignaros: Cithara & vietus, manu agitur, & delectat animum. Hinc juxta proverbium: *Qui non libenter audit musum, vel est Angelus, vel est asinus.* Angelus, quia cœlesti harmoniâ assuevit, hanc inconditam præ illa despicit? asinus, quia ob bardæ indolis stoliditatem, plus illi placet inconcinnus rugitus, quam artificiosus concentus. Simus potius similes Angelo, quam asinus; tametsi, cum simus in valle lachrymarum, potius oportet plangere, quam plaudere; suspendere organa, quam concinere;

*Hic tantum planetus, resonent super aethera cantus.*

### 23. DIES NOVEMB.

Deus est omnia quæ sunt, & nihil eorum quæ sunt.

*S. Dionysius de Div. Nom. c. 1.*